

1593. 20. Martij.

Ex Ms Arch: Stan: Aug: Regis.

X. Piotr Tylicki Sekretarz y Referend: Kor:  
do Xcia Batorego Kardynala.

Illme Princeps et Domine Domine Celestine. = In judiciis cum Illmo  
 Domino Vicecancellario sedenti Litera mihi Illmo Celestidinis Vra  
 reddita sunt; quibus ut asserexi, statim respondendum mihi fuit, prope-  
 rat enim puer Celestidinis Vra. Imprimis igitur maximas Celestidini Vra  
 ago gratias, quod cum in aulam mitteret, literis me quoq; suis compel-  
 lare voluerit. Agnosco enim ea re clementissimam erga me Celestidinis  
 Vrae voluntatem, quam ut omnibus meis officiis ac obsequiis demere-  
 ar, operam daturus sum. Suppudet me quod prior ipse Celestidinis  
 Vrae literas acceperim, quam meas ad illam dederim, imo quod toto  
 hoc temporis spatio quo Celestudo Vra a nobis abfuit, nihil prorsus  
 literarum a me ad illam sit datum, venum ejus rei causam cum  
 Celestudinem Vram convenero, probaturum me illi puto. Is fuit re-  
 rum nostrarum status, ut tacendum omnino mihi fuerit. Quod ve-  
 ro ut redeunti Celestidini Vrae in Prussiam Sochaczovia cum Illmo  
 Domino Legato occurram, me hortatur, illud verè singularis erga  
 me gratiae argumentum ego esse puto. Si scissem antea, cum vel  
 in Prussiam Celestudo Vra proficisceretur, vel inde nuper rediret,  
 non continuissem me, etiamsi nescio quae suspiciones mihi incurrendae  
 essent, quin eam convenirem. Venum prius illa totum iter confecit, -  
 quum nos de protectione illius quidquam conjecturam assequi potuis-  
 semus. Deus bone quae sub protectionem ipsius fabulae narrata no-  
 bis fuerunt, illam per suburbia Varsaviensia transivisse, tot equos  
 ductiles illi praemisisse, ut ego socordiam et negligentiam meam incusa-  
 rem, quod de ipsius transitu non mature cognovissem, sero demum didi-  
 cimus illam non transivisse Varsaviam, verum cum Volboria Cuya-  
 viensem Episcopum, et Lovicij Archiepiscopum convenisset, ad Plockam  
 Vistulam transivisse. Sed haec vetera et obsoleta; ad recentiora ve-  
 niamus. Sochaczovia uti scribit Celestudo Vra dabo operam ut ad-

45

Sim

sim, modo de die quo illac Celsitudo v<sup>ra</sup> transitura est sciam. Sci-  
turus autem sum ex Ill<sup>mo</sup> Damino Legato, eumq; comitabor. De  
aulicis rebus non est quod nunc scribam, si quid erit, coram nar-  
raturus. Puto non ignorare Illustratam v<sup>ram</sup> Generalis Ma-  
joris Poloniae munus promissum et destinatum esse Domino  
Cicarnkonio Capitaneo Pyzdrensi, de Marechalcatu nihil dum  
certi quidquam constitutum, puto tamen ex sententia eorum qui sunt  
in gratia traditum illam in. De Ill<sup>ma</sup> Celsitudine v<sup>ra</sup> nihil est  
quod nunc scribam, ob pecuniam Episcopatus sui magno nuper  
visa est fuisse in odio, ad judicia nostra accersebatur, post Ill<sup>mi</sup> Do-  
mini Legati reditum, pacatiora omnia esse videntur, existimatur  
tamen Illustritas v<sup>ra</sup> morem in ea re M<sup>lli</sup> Regia gestura, iti-  
demq; M<sup>ttas</sup> Regia in ipsius rebus. Hoc tamen à Celsitudine v<sup>ra</sup>  
pro mea erga Celsitudinem v<sup>ram</sup> observantia peto, ut cum ini-  
tia quadam et spes reconciliationis ipsius cum Regia M<sup>lle</sup> inter-  
cedere videatur, in Conventibus quibus Celsitudo v<sup>ra</sup> adfutura  
est, nihil ejusmodi à Celsitudine v<sup>ra</sup> introducatur, quod spem e-  
am et initia ista corrumpere possit, non dubito, quin in Comitibus  
omnia rectius processura sint, et optime Celsitudinem v<sup>ram</sup> cum  
majestate Regia conventurum. Quibus de rebus uberius, cum  
Celsitudinem v<sup>ram</sup> convenero. Gratiae Celsitudinis v<sup>rae</sup> me et ob-  
sequia mea diligentissime commendo. Varavia die 20. mensis  
Martij. 1593. = Celsitudinis v<sup>rae</sup> addictissimus et promptissimus  
Servitor = Petrus Tylicki Secr: et Referend: mpp:

Ill<sup>mo</sup> Principi et Domino Domino  
Andrea Cardinali Bathoreo D<sup>no</sup>  
meo Clementissimo.